**Interacta mei Regij Secretarij infraſcripti adeſt Inſtrumentum tenoris ſequentis.**

IN Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem Milleſſimo Sexcenteſimo Quadrageſimo Septimo Indictione prima, die Sabbati vigeſimo octauo menſis Septembris.

Cum anno 1001. Imperator Ottonus Secundus, qui, & ipſe ante fragores Belli illius temporis agnouerat Inſulam S. Iulij Ripariæ Hortæ cum tota iuriſdictione ad Reuerendiſs. Epiſcopum per tempora Nouariæ, & ad Eccleſiam pertinere pleno iure licet de facto, & per vim vſurpata fuiſſet ab olim Rege Berenghario, & exinde (Deo opitulante) recuperata, atq. redempta ſub auſpicijs anteceſſorum eiuſdem Imperatoris Ottoni, ſtatuiſſet conſulto, inhærendo alijs conceſſionibus, iàm antea factis à dictis *Anteceſſoribus, & Predeceſſoribus ſuis irre*uocabilem, & abſolutam, etiam donationem facere, prout fecit fauore dicti Epiſcopi, & Eccleſiæ, in qua voluit idem Ottonus Secundus, ius iuri addendo Epiſcopo, & Eccleſiæ totam, & ipſe, ac omnimodam iuriſdictionem, merumq. & mixtum Imperium, ac Gladij poteſtatem includere, cum omnibus regalijs, & hoc, vt condignas, & vberiores ipſe Donans referret gratias Altiſſimo Deo pro victorijs, tunc obtentis contra hoſtiles Exercitus, quæ etiam preſtitit Imperator in remedium Animæ ſuæ, vt cuncta pateſcunt ex Imperiali Diplomate præcitati anni 1001. quod fuit cum alijs iuribus, diplomatibus, & documentis ad rem facientibus productum, atque ſpecificatum in forma probante in lite, ſeu litibus, & cauſis infraſcriptis, quibus &c. quod pro inſerto habeatur.

Cumq. ſit, quod in exequtione narratarum imperialium cōceſſionum, & donationū Reuerendiſs. Epiſcopi Nouariæ prętenderint pro tēpore, & Eccleſię in cōtinua, & pacifica poſſeſſione vllo vnquā interrupta tēpore perſeueraſſe, & plenario gaudimento dictę iuriſdictionis totius Ripa-rię Hortę, Gaudiani, Plebis, ac Plebium, ac Terrę Soriſij, &

iuriſ-

FONDAZIONE MARAZZA

iuriſdictionis, prout, & populi, incolæ, & homines ea-
rundem iuriſdictionum non alium recognouiſſe Domi-
num, & Superiorem præter Reuerendiſs. Epiſcopum
Nouariæ, frui fuere pro tempore, & Eccleſiam priuatiuè
quo ad omnes, & hoc durante quoque toto illo tempore,
quo Mediolani Duces, vigore conceſſionum illis facta-
rum ab Imperatore, potiti ſunt hoc Mediolani Ducatu,
atq. Dominio, à quibus Ducibus nouatio aliqua, & mul-
to minus præiuditialis dictæ plenariæ iuriſdictioni, ſeu
iuriſdictionibus contra Reuerendiſs. Epiſcopos Noua-
riæ, Eccleſiamue, vel homines, & ſubditos ſuos to-
tius dictæ Ripariæ fact. non detegitur, nec detegi po-
tuiſſe vt plenius, & apertiſſimè demonſtrant actitata, &
agitata in proceſſu, & cauſa, ſeu cauſis recenſendis, qui-
bus &c.
Cumque ſit, quod poſt hoc, anno ſcilicet retroacto 1548.
Regij Miniſtri, ſuæ Regiæ Catholicæ Maieſtati vti Me-
diolani Ducis mouerint litem contra dictos homines, &
ſubditos dict. Reuerendiſs. Epiſc. ratione prætenſę Supe-
rioritatis, ſeù *alti* (*vt aiunt*) Dominij vt aſſerebant,
ab Imperatore Ducibus Mediolani conceſſi, & in conſe-
quentiam in Potentiſſimum Hyſpaniarum Regem, vt-
potè in dicto Mediolani Ducatu translati; Vndè in-
tendebant dicti Regij Miniſtri dictos cogere incolas, &
Ripariam prædictam ad ſoluen. onera impoſita, & im-
ponenda ſubditis Dominij Mediolani pro neceſſitatibus
Belli, quin immò dicebatur olim, & in præſentiarum,
prout circonfertur à duobus Delegatis Regijs, & Du-
calibus latam fuiſſe ſententiam, qua homines, inco-
læue dictarum iuriſdictionum condemnabantur pro
certa pecuniarum ſumma ad dicta onera ſuſtinen., &
corriſponden. à qua ſententia fuerit ſiquidem à dictis
hominibus meritò appellatum, & æquè de nullitate
dictum, contendentibus, & oſtentantibus, prout ſem-
per eorundem nomine contenderunt, & oſtentarunt Re-
uerendiſs. Epiſcopi Nouariæ, & Eccleſiæ ſuper eo ſignan-
ter, quod nulla Superioritas, vel ſubiectio à Duce Me-
diolani, nec ab eius Miniſtris prætendi poſſet ſuper locis,
& Terris Iuriſdictionum prædictarum, allegantes, & de-
ducentes, ac producētes cōceſſiones, & donationes præ-
dictas ab Imperatoribus āpliſſimo modo factas Epiſcopis
No-



Nouariæ, & Eccleſiæ, per quas omne Dominium, tàm
directum, quàm vtile, & quod etiam altum, ſeu ſupre-
mum appellant, translatum fuerat in Eccleſiam, tàm
per verba illa generalia, & generaliſſima, quę legun-
tur in conceſſionibus, & donationibus prędict. tum
per obſeruantiam, exinde ſubſequutam.
Cumq. multa alia vtrinq. replicarentur coram Excellen-
tiſs. Mediolani Senatu, coram quo enunciatum appella-
tionis remedium fuerat introductum perſeuerantibus
tamen ſemper Riparienſibus in poſſeſſione, ſeu quaſi
non ſoluen. dict. prętenſa onera, nec aliqua alia impo-
ſita in hoc Statu, aſſerentibus, etiam latas ſuperinde
fuiſſe ad eorum fauorem, & à plurib., & diuerſis Iuſ-
dicentibus nonnullas ſententias, quę fuere in cauſa
productæ, ſimul cum alijs iuribus, & *allegationibus*
in iure, vt ex proceſs. & actis Cancell. dict. ordinis
ampliſs. quib. &c.
Cumq. fuerint facta nonnulla capitula anno 1615. in qui-
bus huiuſmodi controuerſia ſopita dicebatur, quibus
tamen capitulis *opponebat Epiſcopus* Nouariæ defec-
tum auctoritatis in *perſonis*, quæ *narratis capitulis in-*
teruenerant, & Eccleſiam eſſe læſam, & plura alia hinc
inde deducerentur; Verum cum lis hæc adhuc non ceſ-
ſaret, licet quandoq. intermitteretur, & modo al js tem-
poribus reuiuiſceret, & ſummo quidem diſpendio ho-
minum dictarum iuriſdictionum, qui ſtudentes propte-
rea totali earund. quieti, ac pacificæ poſſeſſioni dicti
eorum Reuerendiſs. Epiſcopi, & Eccleſiæ, ſtatuerunt
conſultò media tranſactione, nedum exinde tractata,
verum etiam Deo opitulante concluſa ſe ſe redimere
ab his repetitis Iudicialibus moleſtijs; Vnde habitis re-
petitis colloquijs in hac parte deuenerunt, & deueniunt
bona fide &c. ad infraſcriptum inſtrumentum vlz.
Hinc eſt quod Illuſtriſs., & Excellentiſs. Dominus Don
Bernardinus Fernandez de Velaſco, & Touar Come-
ſtabilis Caſtellæ Conſiliarius Potentiſſimi Don Philip-
pi Quarti Hyſpaniarum &c. Regis, & præſentis Sta-
tus Mediolani Ducis, & Domini noſtri, eiuſq. in
dicto Statu Locum Tenens, Gubernator, & Capitaneus
generalis &c. virtute facultatis, & auctoritatis, quam à
Sua Maieſtate, habet, & tenet, alijs grauiſſimis occupa-
tionibus detentus, elegerit, & ſubrogauerit Maieſtatis Suæ

nomine , Perill. Senatores Il. CC. DD. Io. Baptiſtam
Bonettum, & Franciſcum Mariam Caſnedum, qui vti
ſpeciales procuratores , & Delegati ab Excell. ſua ex
parte Suæ Maieſtatis ad infraſcriptas conuentiones , &
contractus deuenirent cum omnimoda auctoritate, &
facultate omnia ea faciendi , & adimplendi , quæ ipſa
Excell. ſua facere potuiſſet , vt conſtat ex commiſſio-
ne, & delegatione eiſdem in forma ampliſſima expedi-
ta tenoris ſequentis vlz.

Philippus Quartus Dei gratia Hyſpaniarum &c. Rex , &
Mediolani Dux &c.

Don Bernardino Fernandez de Vellaſco , e Touar Conte-
ſtabile de Caſtiglia, del Conſiglio di Sua Maeſtà, ſuo Go-
uernatore, e Capitan generale dello Stato di Milano &c.

Magnifici nobis Dilectiſſimi con la conſulta hauuta hoggi
dalla giunta, che nominaſsimo per trattare , e ricono-
ſcere il papele che haueua dato Monſignore Veſcouo
di Nouara, che conteneua le oppoſitioni che in Roma
ſi erano fatte alli Capitoli propoſti per l'aggiuſtamento
della cauſa della *Riuiera* d'Horta , habbiamo ricono-
*ſciuto la riſſolutione* , che fù preſa dalla medeſima
gionta d'incaricar ad ambidue la cura di trattare col
Veſcouo , e ſuperare le difficoltà nella forma appunta-
ta, come in effetto l'hauete conſeguito nel modo, che
ſi contiene nella ſcrittura aggiuſtata, che la Giunta ci hà
rimeſſo con la detta conſulta, con la quale noi ancora
ſi conformiamo, E poiche altro non reſta , che paſſar
auanti nella medema conformità alla ſtipulatione del
contratto, vi ordiniamo, che come noſtri Delegati ſpe-
ciali veniate ſubito con il detto Veſcouo in nome no-
ſtro all'atto del detto concerto , & ſtabilimento con
le clauſule neceſſarie , & opportune che à voi pareran-
no conuenir in ampla forma , che per la preſente per
l'autorità , che tenemo da Sua Maeſtà vi concediamo
tutta quella, che conuenga, e baſtante per poterlo eſe-
quire, & ſin'hora in nome della Maeſtà Sua l'appro-
uiamo , e ratifichiamo , e promettiamo d'oſſeruarlo
pontualmente come foſſe ſtato fatto da noi medeſimi.
Noſtro Sig. vi guardi. Dat. in Milano alli 16. di Set-
tembre 1647.

Signat. el Condeſtabile. V. Quixada, Platonus

A tergo Magnif.



Magnificis Senatoribus Io. Baptiſtæ Bonetto, & Franciſco
Mariæ Caſnedo Delegatis noſtris Dilectiſſimis, & ſigil-
lat. &c.

Cumq; poſteà contigerit , vt ſua Excell. ex cauſis vrgen-
tibus ſuæ Maieſtatis ſeruitium concernentibus coacta
fuerit, vti opera, & diligentia perſonali prædicti D. Se-
natoris Caſnedi extra hanc Ciuitatem , & ideò attenta
illius abſentia , & pro maiori cohoneſtatione, & aucto-
ritate præſentis contractus , deliberauerit huius negotij
curam, & exequutionem transferre in perſonam Illuſtriſs.
D. Regentis Aluyſij Cuſani Marchionis de Ponte, Præ-
ſidis Senatus Excellentiſs. Mediolani, & prædicti Perill.
D. Senatoris Io. Bapt. Bonetti, vt conſtat ex delegatio-
ne, & mandato tenoris ſequentis vlz.

Philippus Quartus , Dei gratia Hyſpaniar. &c. Rex , &
Mediolani Dux, &c.

Don Bernardino Fernandez de Velaſco , e Touar Conte-
ſtabile di Caſtiglia del Conſiglio di Sua Maeſtà , ſuo
Gouernatore , e Capitan generale dello Stato di Mila-
no &c.

Illuſt. , & Magnifici nobis dilectiſſimi con *l'altra noſtra*
delli 16. del corrente rimetteſſimo alli Senatori Bonetti,
& Caſnedi il dettato dell'Inſtrumento della Conuentio-
ne, che finalmente è ſtata aggiuſtata con Monſig. Veſ-
couo di Nouara per la Riuiera d'Horta, con facoltà di
poter come ſpeciali Delegati noſtri venir alla ſtipulatio-
ne d'eſſo, hauendogli dato per queſto effetto l'autorità
neceſſaria , e baſtante. E perche è occorſo all'impro-
uiſta vn'accidente del Real ſeruitio , che hà obligato à
far abſentar il detto Senator Caſnedi per alcuni gior-
ni, eſſendo queſto negotio della Riuiera d'Horta tanto
importante , e che non admette maggior dilatione , ci
è parſo di autorizarlo con elegere in luogo del detto
Senator Caſnedi, la perſona del Regente, Marcheſe
Luiggi Cuſano, Preſidente del Senato, al qual in virtù
della preſente incarichiamo , che vnitamente con il
detto Senator Bonetti , ſubbito paſſi auanti , in nome
noſtro alla perfettione di queſto Contratto , e ſtipula-
tione del detto Inſtrumento, per la parte di Sua Maeſtà
con il detto Monſig. Veſcouo, e con li Agenti, e Procu-
ratori della detta Riuiera d'Horta, e delle Communità, &
huomini d'eſſa, e facciano tutto quello, che reſtaua da noi

incaricato, e poteua fare il detto Senator Caſnedi ab-
ſente, in compagnia del Senator Bonetti, che per te-
nore della preſente gli concediamo tutta l'autorità ne-
ceſſaria, e l'iſteſſa, che noi tenemmo dalla Maeſtà ſua,
E ſin'hora approuiamo, e ratifichiamo tutto quello,
che da ambidue ſarà fatto, ſtabilito, e promeſſo in
ampliſſima forma. Dat. in Pauia à 26. di Settembre
1647.

Signat. El Condeſtabile V. Quixada, Platonus. A tergo.
Illuſtri Regenti Marchioni Aluyſio Cuſano Præſidi Senatus
Mediolani, nec non Magnif. Senatori Io. Baptiſtæ Bo-
netto, Delegatis nobis Dilectiſſimis, Et ſigillat. &c.

Hinc eſt quod prædicti Illuſtriſs. Præſes, & Dominus Se-
nator Bonettus parte vna, nec non Illuſtriſs., & Reue-
rendiſs. Dominus Antonius Torniellus, Epiſc. Noua-
riæ, Comes dictæ Ripariæ Hortæ, Gaudiani, & Plebis,
ac Dominus Soriſij parte altera, nec non DD. Bartho-
lomeus Gemellus de Horta, R. Franciſcus Chedinus
de Armeno Canonicus Eccl. Cathed Nouariæ, & Cauſ.
Io. Franciſcus Maninus de dicto Oppido Gaudiani, ha-
*bitans Mediolani* in Porta Vercellina, Par. S. Petri in
Caminadella, ibi præſentes, vti procuratores, & Manda-
tarij, ſpecialiter conſtituti, & electi à Conſilio, & Regen.
dictæ Ripariæ Hortæ, Gaudiani, Plebis, & Soriſij parte
altera, vt conſtat publico Inſtrumento, eorum man-
dati in authenticam formam exhibito tenoris ſequen-
tis vlz.

IN Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem Mille-
ſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione
decima quinta, die Lunæ decima ſexta menſis Septem-
bris Illuſtriſs., & Reuerendiſs. D. D. Antonio Torniel-
lo, Patritio Nouarienſi, Epiſcopo Nouariæ, & Ripariæ
Hortæ, Gaudiani, & Plebis Comite, ac Soriſij Domino
&c. Hortæ, & in Sala magna Palatij Vniuerſitatis dictæ
Ripariæ ſit. in Platea Oppidi Hortæ, quo Illuſt. DD.
Conſiliarij, & Regentes dictæ Ripariæ, pro negotijs
publicis conuenire ſolent.

Illuſtres Domini

Bartholomæus Gemellus, & Ioannes Fortis de Forte Con-
ſiliarij Oppidi Hortæ.

Ioannes dePrepoſitis, & Io. Antonius LuchinaConſiliarij In-
ſulæ



ſulæ, & Vicinatus.

Antonius Quaglinus, Io. Bapt. Verdina, & Io. Maria Boiro-
lus Conſiliarij Armeni.

Io. Angelus Antoninus, Conſ. Ameni.

Antonius Martellus qu. D. Ioan. Bartholomæi Conſ. Mia-
ſini.

Matheus de Petro Maria Conſiliarius Arolæ, &

Camillus Georgius, Conſiliarius Podogni.

Qui ſunt vndecim ex duodecim DD. Conſiliarijs, & Regen-
tibus Vniuerſitatis Ripariæ Hortæ (ipſis omnibus duode-
cim DD. Conſiliarijs, & Regentibus ad infraſcripta con-
uocatis, per Spiritum Ambroſinum, publicum Ripariæ
ſeruitorem, vt retulit mihi Notario &c.) & totam dict.
Vniuerſitatem, & eius ſingulas Communitates repræſen-
tauerint, & vna cum eis.

DD. Michael Angelus Columnas, & Hieronymus Gaſcus,
Conſules Gaudiani.

Io. Maria Mora.

Hieronymus Gaſcus qu. Ioſeph.

Dominicus Ruga.

Bernardus Freſchinus.

Auguſtinus Freſchinus.

Io. Baptiſta Acinus.

Ioſeph Gaſpardinus, octo ex duodecim Conſiliarijs Gau-
diani, & ſic duæ partes ex tribus, & ſic totam ipſam Com-
munitatem rapræſentantes, &

Franciſcus Zanettus, & Bapt. Inicus, Conſules, & Conſi-
liarij Bugnati Plebis Gaudiani.

Io. Petrus Peſtaluzzia, &

Martinus Marietta, Conſules, & Conſiliarij Bolzani eiuſd.
Plebis.

Io. Maria Tonus, & Stephanus Inicus Conſules, & Conſi-
liarij Alzati Plebis prædictæ, ac

Milanus Buzzius.

Ioſeph Monginus.

Bartholomeus Pinottus.

Elias Ozzonus.

Benedictus Rauizza.

Io. Maria Fornarius.

Io. Antonius Maſſarius.

Io. Antonius Mazzolus.
Iacobus Caſarottus, &
Antonius Milanottus, decem ex duodecim Conſiliarijs So-
riſij, & pertinentiarum, & totam dictam Communitatem
repreſentantes.
Proteſtantes prout proteſtati ſunt, & proteſtantur mihi
Notario Cancellario &c. vti publicæ perſonæ ſtipulanti,
nomine cuia intereſt &c. quod ſunt maior etiam Senior
pars DD. Conſiliariorum, & Regentium Ripariæ Hortæ,
Gaudiani, & Plebis, ac Soriſij &c. & quod non eſt alius,
qui valeat infraſcriptis intereſſe, ſeu commodè euocari
præſentes, Sponte, vnanimes, & nemine eorum diſcre-
pante citra reuocationem &c. ac omnibus modo &c.
quibus &c. ſuis proprijs nominibus, ac aliorum Conſi-
liariorum, nec non hominum omnium, & ſingularium
perſonarum dictarum iuriſdictionum Ripariæ Hortæ,
Gaudiani, Plebis, & Soriſij omniumque in eis habitan-
tium, & intereſſe habentium, pro quibus de rato &c.
promittunt &c. obligantes &c. renuntiantes &c. fece-
runt, conſtituerunt, & ſolemniter ordinauerunt &c., ac
conſtituunt &c. *ſuos*, & dictarum iuriſdictionum Ripariȩ
*Hortæ, Gaudiani*, Plebis, ac Soriſij, nec non earum ho-
minum omnium, in eis habitantium, ſeu intereſſe haben-
tium, certos, miſſos, nuntios, Syndicos, & Procurato-
res, & quidquid melius &c.
Illuſtres DD. Bartholomeum Gemellum de Horta, eorum
Collegam prædictum præſentem &c. Franciſcum Chedi-
num de Armeno Canonicum Cathedralis Eccleſiæ No-
uarienſis, & Cauſidicum D. Io. Franciſcum Maninum à
dicto Oppido Gaudiani originem trahentem fil. qu. D. Io.
Iacobi Notarium Mediolani Collegiatum Portæ Vercel-
linæ, Parochiæ S. Petri in Caminadella abſentes tam-
quam præſentes.
Ad ſpeciali (ita tamen quod ſpecialitas generalitati non
deroget, & è conuerſo) Sindicario, & procuratorio
nomine ipſorum DD. Conſtituentium, & omnium ho-
minum, & incolarum Oppidorum, locorum, & Ter-
rarum Ripariæ Hortæ, Gaudiani, Plebis, & Soriſij,
ac Pertinentiarum, nec non in eis intereſſe habentium
&c., ac pro eis tractandum, in eundum, ſtabilien-
dum, & faciendum, ac tractare, inire, ſtabilire, & facere





poſſendum quodlibet inſtrumentum *tranſactionis*, con-
uentionis, & pactorum, tàm actiuè quàm paſſiuè in, &
ſuper lite, ſeu litibus controuerſijs, ac prætenſionibus
quibuſqq. quæ ab hinc retro mote fuerunt, & habue-
runt DD. Regij Miniſtri, nomine ſue Regiæ, & Catho-
licæ Maieſtatis, vti Mediolani Ducis contra dictas iuriſdi-
ctionis loca, & Terras, ac earum incolas, & habitantes,
eorumque libertatem, & immunitatem, in qua ſemper,
& in perpetuum fuerunt, & ſunt non ſoluendi aliqua one-
ra, nec aliquod onus ſubſtituendi in Ducatu, & Domi-
nio Mediolani, & ſic pro manutentione dictæ antiquiſſi-
mæ, & immemorabilis poſſeſſionis immunitatis, & liber-
tatis Eccleſiaſticæ, nec non contra Illuſtriſs., & Reue-
rendiſs. DD. Epiſcopum Nouariæ eorum Dominium reſ-
pectu Iuriſdictionis, & hoc pro terminatione, & defi-
nitione dictarum omnium litium, controuerſiarum, &
prætenſionum, & ſuperinde faciendum, & facere poſſen.
quodlibet Inſtrumentum tranſactionis, conuentionis, &
pactorum, prout ſupra à publico Notario conficiendum,
& rogandum, cum pactis conuentionibus, capitulis,
renuntijs, obligationibus, *promiſſionibus in ſimilibus*
requiſitis, & neceſſarijs, & eiſdem Procura*toribus* be-
neuiſis, & prout melius dicto Illuſtriſs., & Reuerendiſs.
DD. Epiſcopo, & Comiti videbitur, & placuerit &c.
Item ad nomine vt ſupra, & prout ſupra faciendum, &
facere poſſendum in præmiſſis, & circa præmiſſa ſeu po-
tius præmiſſorum intuitu, & contemplatione quamlibet
pecuniarum exburſationem, nec non aliam quamqq.
promiſſionem, & obligationem de ſoluendo aliam ſum-
mam inter dict. Regios, Ducales Miniſtros conuenien-
dam, & pro illius ſolutione faciendum, & facere poſſen-
dum &c. quamqq. obligationem, nomine dictorum lo-
corum, & totius iuriſdictionis, ſeu iuriſdictionum præ-
dictarum, & illarum hominum, & incolatum cum clau-
ſulis, renuntijs, promiſſionibus, & obligationibus inſi-
milibus requiſitis, & neceſſarijs, & dictis DD. Procura-
toribus beneuiſis per publicum, & ſolemne inſtrumen-
tum, à publico Notario rogan. vt ſupra, prout ſupra
melius dict. DD. Procuratoribus videbitur, & placue-
rit &c.
Item ad iurandũ, & quodlibet iuramentum præſtandum, &

præſtare poſſendũ pro validitate cõtractus, ſeu contract. prout ex nunc ipſi DD. Conſtituentes iurauerunt, & iu- tant in manibus mei Notarij deferentis, corporaliter ta- ctis ſcripturis in omnibus, & per omnia prout per dictos Procuratores iurari contingerit &c.

Et generaliter omnia, & ſingula circa prædicta dicendum, & faciendum, quæ ipſimet DD. Conſtituentes legitimè congregati vnanimes dicere, & facere poſſent, etiam ſi talia forent, quæ magis ſpeciale mandatum exige- rent &c.

Dantes &c. amplum, & generale mandatum, ac etiam ſpe- ciale, vbi magis exigatur &c. cum plena &c.

Promittentes &c. mihi Notario Cancellario, vti publicæ perſonæ ſtipulanti, nomine cuia intereſt &c. ſe ſe ratum habituros quidquid dicti eor. Sindici, virtute præſentis mandati geſſerint &c. obligantes &c. renuntian. &c., & iurauerunt &c.

Et inde &c.

Teſtibus Bernardino Teſta qu. alterius Bernardini de Va- ralo, Franciſco Baltuggio filio Laurentij Cæmentario de Ambroſino Plano, & *Bernardo* Ferrandino qu. Petri An- tonij *de* Colaſca lacus Cumenſis de præſenti moram Hortæ trahentib. notis &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito Iulius Ca- rolus Berſanus f. q. D. Gabrielis de Horta, publicus Im- periali auctoritate Notarius, & dictæ Vniuerſitatis Can- cellarius præmiſſis interfui, præſens inſtrumentum roga- tus, recepi, hocq. exemplum cum originali concorda- tum ædidi &c.

Subſcript. cum literis legalitatis.

Nos Iacobus Philibertus Cattaneus Caſtellanus, & Iudex ordinarius Ripariæ S. Iulij fidem facimus, & publicè at- teſtamur, ſupraſcriptum D. Iulium Carolum Berſanum, qui modo quo ſupra ſe ſubſcripſit fuiſſe, & eſſe verum publicum, & authenticum Notarium Ripariæ prædictæ eiuſq. Inſtrumentis, & publicis ſcripturis plenam, & indubitatam fidem ſemper adhibitam fuiſſe, in dieſq. adhiberi in iuditio, & extra in quorum &c. Dat. in Ca- ſtro Inſulæ S. Iulij, die 19. menſis Septembris 1647. Iaco- bus Philibertus Cattaneus, Caſtellanus.

Georgius Bonola, pro D. Cancellario, &

Si-



Sigillat. &c.

Voluntarie &c.

Et alias omnibus modo &c.

Deuenerunt, & deueniunt bona fide, vtſupra ad infra- ſcriptas declarationes, renuntiationes, promiſſiones, capitula, pacta, conuentiones, tranſactiones, & alias omni meliori modo &c. ſub reciproca obligatione &c. omnino attendenda, & attendendas &c. &

Primo. Promittunt prædicti Illuſtriſs. Præſes, & Senator, quod ſupradictus Potentiſſimus Rex Hyſpaniarum vti Dux Mediolani, ſeu alio quoqq; titulo, ac qualibet prætenſione tàm hactenus deductis, quàm non de- ductis in litem, & iuditium, ipſi Regi quomodolibet, & qualitercumq; competentibus, & competere valen- tibus, quouis nomine, Cauſa, & occaſione, prætex- tu, & colore, etiam inexcogitatis, & diſſimilibus *ab* expreſſis, immò quantumuis verioribus, & potiori- bus, ac Iudicialiter, & non genericè, & ſub verborum inuolucro exprimendis, nullo prorſus, vel excepto, vel præmiſſo, ſed omnibus, & ſingulis, tàm coniunctim, quàm diuiſim, *alias omni meliori* modo incluſis, & bona fide compræhenſis, non habeat per *ſe ſuoſq; ſuc-* ceſſores, nec prætendere vllo modo poſſit aliquod dominium, ſiue directum, ſiue ſupremum, ſiue (vt aiunt) altum, ſeù aliquam ſuperioritatem, ſeu maio- riggiam, nec eius aliquos effectus, nec quamcunq; aliam iuriſdictionem in, & ſuper locis Ripariæ Hortæ, Gaudiani, & Plebis, ſeu Plebium, ac Soriſij, ac iuriſdic- tiones, & quidquid intra dictas iuriſdictiones, & loca continentur, ſed dicta loca, & eorum habitatores, & Incolæ ſemper, & in perpetuum, in omnibus, & per omnia ſint ſeparata, & ſeparati à Ducatu, Dominio, & Statu Mediolani, & à quoqq; eius Territorio, & Iuriſ- ctione, Comitatu, Diſtrictu, & Diœceſi temporali, & quouis alio loco, & in dictis locis, & iuriſdictionibus Ripariæ, prout ſupra non habeat locum decretum aliquod Suæ Majeſtatis, ſeu eius Miniſtrorum, ſub quouis prætextu cuiuſuis neceſſitatis etiam iuſti Belli.

2 Quod Rex Hyſpaniarum vti Dux Mediolani, & *prout* ſupra ad abundantem cautelam, & ius iuri addendo dicto



Reueren-

Reuerendiſsimo Epiſcopo, & Eccleſiæ, & hominibus dictorum locorum, & iuriſdictionum, & alias omni meliori modo &c. teneatur renuntiare, prout dict. D. Præſes, & Senator Delegati ampliſſimè renuntiauerunt, & renuntiant in manibus, tàm dicti Illuſtriſs., & Reuerendiſsimi Epiſcopi Nouariæ, quàm dictorum Procuratorum Ripariæ, & aliorum locorum vtſupra præſentium, & ſtipulantium &c. nec non mei Regij Ducalis Secretarij infraſcripti ſtipulantis, nomine Eccleſiæ, vtſupra in omnibus, & quibuſqq; Decretis ordinibus, declarationibus, ſeu ſententijs ſi quæ &c. Iudicum, ſeu Delegatorum, in præiuditium dictorum locorum, & hominum dictarum iuriſdictionum, forſitan factis, nec non cuiqq; liti, ſeu litibus, motis, omnibuſq; illarum proſequutione pro parte ſui Fiſci, *ſeu Regiæ* Ducalis Cameræ adductis, & deductis, productis, vel ſpecificatis, nec non omni actioni, & prætenſioni, vtſupra ſi quæ illi vnquam competere poſſit ſuper dict. alto Dominio ſeu ſuprema ſuperioritate, aut Maioraggia, & omnibus, & quibuſqq; effectibus, & ex allia quauis *cauſa &c.* ſuper dictis locis, iuriſdic*tionibus*, & *hominibus* eorund. cum expreſſa declaratione, promiſſione, obligatione &c. & pacto præciſo, quod hic præuia ſtipulatione fit de quicquam vlterius nou petendo, ſeu pretendendo vltra ſummam inferius erogandam, aut mouendam talem actionem, ſeu prætenſionem, nec vllam moleſtiam dando dicto Reuerendiſs. Epiſc. pro tempore, & Eccleſiæ vel dictis hominibus, & vt ſupra, cauſa d. prætenſæ Superioritatis, ſeu dicta loca, & homines remaneant, & ſint ſemper, & in perpetnum omninò libera, & immunia, & liberi, & immunes ab omni, & quaqunq; ſubiectione, ſeruitio, ac quauis prætenſione, vel moleſtia, etiam ex cauſa cuiuſuis neceſſitatis, etiam vrgentiſſima, & iuſti Belli, vel aliter erga dictum Regem Hyſpaniarum, vti Ducem, eiuſq; Succeſſores, & prout ſupra.

3 Quoq Epiſcopus Nouariæ pro tempore exiſtens, remaneat, & ſit ſupremus Dominus pleno iure in temporalibus dictorum locorum Ripariæ Hortę, Gaudiani, Soriſij, & Plebis, ſeu Plebium cum mero, & mixto Imperio omnimoda, plena, libra, & integra iuriſdictione, & quacunque poteſta-

te



te temporali ſemper, & in perpetuum remaneat, & ſit in pacifica, & antiquiſſima poſſeſſione ſuarum prærogatiuarum, & iurium in locis prædictis, & quod nunquam à Rege Hyſpaniarum, vtſupra ſub prætextu alicuius ſuperioritatis, & alti Dominij, ſub quouis titulo, & prætextu vtſupra poſſit, nec debeat directè vel indirectè turbari, moleſtari, vexari, & inquietari, quin ipſe Epiſcopus pro tempore exiſtens, & in dictis locis facere, exercere, & adminiſtrare liberè valeat, & poſſit ea omnia, & ſingula, quæ ipſimet Cæſares exercere, & adminiſtrare potuiſſent ante conceſſionem, & donationem eorundem locorum.

4 Conuenerunt &c. quod omnia, & ſingula, quæ ſupra dicta ſunt de Epiſcopo, habeant etiam locum in eius *lo*cum Tenente & Capitulo Eccleſiæ *Cathedralis N*ouariæ, Sede Vacante.

5 Tranſigendo prout ſupra conuenerunt &c. quod dicti homines, licet ſeparati à Ducatu Mediolani, non poſſint aliquo futuro tempore moleſtari pro Bonis, & iuribus quibuſqq; *abhinc retro acquiſitis* in Statu Mediolani minus in eorum poſſeſſione turbari, *modo tamen ſoluant* onera dictis Bonis incumbentia, prout faciunt cæteri, qui ſunt Subditi huius Dominij Mediolani, poſſintq; & valeant quandoqq; & quouis futuro tempore pro Creditis, & Cenſibus ab hinc retro ab eis acquiſitis, ſeu eis ceſſis in dicto Statu Mediolani, & pro eorum Creditis, quæ habuerunt, & habent contra particulares huius Status quandocunq; bona ipſis Cenſibus ſuppoſita appræhendere, & pro dictis eorum creditis tot bona in ſolutum accipere, retinere, vti frui poſſidere, & gaudere abſque aliquo onere, impetrandi diſpenſationem, non obſtante quacumq; Nou. Conſt., & ordinum diſpoſitione, quibus hac in parte, & tenore præſentium derogetur, & derogatum eſſe intelligatur, virtute huius tranſactionis, & conuentionis, & quoniam ſic &c.

Inſuper etiam prout ſupra tranſigendo, conuenerunt, quod dicti homines ſint habiles; etiam ad acquirendũ ſemper, & in futurum quouis titulo etiam Succeſſi*onis teſtatæ*, vel inteſtatæ, & ex quaqq; alia cauſa, etiam de neceſſitate hic exprimenda in dicto Statu Mediolani, etiam citra confinia

obten-

( obtenta tamen prius à Senatu Excellentiſſimo diſpenſa-
tione ) etiam, per viam cuiuſqq; contractus, & ſucceſ-
ſiouis, & prout ſupra, citra onus alienandi intra annum,
& habitandi in Statu, & Dominio Mediolani juxta diſ-
poſitionem Nou. Conſt. in §. Collegijs, & ordinum Se-
natus Excellentiſſimi, quibus derogatum ſit, & deroga-
tum ſemper, & in perpetuum eſſe intelligatur, etiam in
diſpenſationibus ipſis obtinendis de hoc mentio aliqua
non fieret, quoniam ſic inter ipſas partes conuentum
extitit. Hoc idem ſeruetur in ipſa Ripariæ Hortæ fauore
ſubditorum huius Dominij Mediolani, quoties ex cauſa
cuiuſqq; conceſſionis, vel contractus acquirere contin-
gat Bona exiſtentia iu locis dictæ Ripariæ.

6 Quod pro vſu hominum dictæ Ripariæ concedatur
limitatio extrahendi grana ab hoc Dominio in ademmet
quantitate, & cum ijſdem famulis, quæ nunc ſeruatur
in loco Eumeniæ ad computum, ſcilicet ſalmarum cen-
tum viginti quinq; tritici Salmarum ducentum quinqua-
ginta Sicalis, & Millij, & Salmarum viginti orizæ ſin-
gulo menſe, & hoc impunè, & abſq; vllo prorſus ob-
ſtaculo, & ad *hunc* effectum teneatur Illuſtriſs. Ma-
giſtratus Blador. ſolutis ſolitis honorarijs, quæ ſolui ſolent
à dicta Terra Eumeniæ, dictam limitationem concedere
eiſdem hominibus, ſeu deputando, vel deputandis ab
eis quantitas granorum prout ſupra dictis Incolis, &
hominibus dictarum Terrarum, & Iuriſdictionum limi-
tata pro vſu, & victu, vt ſupra, erit ad omnem bonum
finem, & effectum ad libros dicti Illuſtriſſimi Magiſtra-
tus regiſtranda, quoniam ſic inter ipſas partes expreſ-
ſe conuentum extitit.

7 Conuenerunt &c. quod reſpectu Blandorum, & Le-
guminum, & aliorum fructuum cuiuſcunq; generis, &
ſpeciei ab ipſis hominibus, & Incolis dictarum Terrarum
Ripariæ Hortæ Gaudiani, & Plebis, ac Soriſij, & iuriſdi-
ctionum in futurum colligendorum per ſe ſe, vel per ſub-
miſſas perſonas, fictabiles, nempè conductores, vel
Partiarios, ſiue inſtitores, ex Bonis, & ſuper Bonis per
eoſdem, & per quemuis ex eis acquiſitis, & poſſeſſis in
qualibet parte huius Status teneatur &c. dict. Illuſtriſs.
Magiſtratus, quatenus opus ſit ad omnem requiſitionem
eorundem, ſeu cuiuslibet eorum licentiam dare, &
con-



concedere ſingulo anno, & toties quoties &c. *illamet*
grana, & fructus conducendi ad dicta loca *recitata Iuriſ-*
dictionis, ſeu iuriſdictionum, illa ab eis ſoluta mercede,
prout aſſolet ſolui à dictis *Subditis Suæ Regiæ*, & Catholi-
cæ Maieſtatis, licentiam obtinentibus Blada legumina,
& fructus cuiuſuis generis conducendi de loco ad lo-
cum, & de Terra, ad Terram, quoniam ſic expreſsè con-
uentum extitit.

8 Conuenerunt quod ratione ſolutionis datiorum ea-
rum mercium, quæ continget deferri à dicta Riparia, &
locis iàm ſupra recenſitis ad hoc Dominium, vel extrahi
ab hoc Dominio ad loca dictæ *Ripariæ* ſeruetur ſolitum,
quod ſic deſcribitur. Gli huomini della Riuiera paga-
ranno il Datio del Ducato, mà non quello della Riua,
Venendo per Arona, non pagano Datio Nouareſe, mà
ſolo del Ducato, & paſſando, ò eſtrahendo dal Noua-
reſe, ò paſſando per eſſo, pagano detto Datio Nouare-
ſe, eccetto per le robbe, che naſcono, & ſi fabricano in
detta Riuiera, quali poſſano andar alle prime poſte, mer-
cati di *Borgomainero, Arona*, & altri Vicini, e non pa-
gano Datio alcuno, *Declarando quod vbi ſolitum* ſe ex-
tenderet vltra expreſſa in ſupraſcripta atteſtatione, cen-
ſeatur nihilominus permiſſum omne id quod ſolitum
eſſe conſtiterit, ſi, & quatenus per Suam Excellentiam
retificetur præſens declaratio, & additio tantum, & non
aliter.

9 Conuenerunt, & reciprocè paciſcuntur &c. quod dicti
homines particulares, & Incolæ dictarum Iuriſdictio-
num Ripariæ Hortæ, Gaudiani, Plebium, & Soriſij &c.
non poſſint, ſeu aliquis eorum non poſſit moleſtari pro
delatione in præſenti Statu, & Dominio Mediolani eo-
rum omnium armorum, quorum delatio. Subditis eiuſ-
dem Status permittitur &c. per tempora, & hoc impu-
nè, & abſq. incurſu alicuius pænæ, non obſtante, quod
ſint forenſes, & pænitus ſegregati à Dominio, & Statu Me-
diolani, quippe de cætero nō ſint circundati à dicto Statu
Mediolani, & ita ratione commixtionis comercialis
non compræhendatur, nec aliquo modo compræhendi
poſſint in diſpoſitionibus Proclamat. æditorum, ſiue im-
poſterum ædendorū contra forenſes, ſimiliq. modo, reci-
procè liceat, & licitum ſit Subditis Suæ Regiæ Catholicæ
Mae-

Maieſtatis ſemper,& in perpetuũ huiuſmodi arma deferre in dict. iuriſdictionibus dict. Reuerẽdiſs. Epiſcopi abſq. incurſu alicuius pænæ corporalis, vel pecuniariæ, ita, vt etiam in hoc genere viciſſitudo bonæ corriſpondentiæ omnino intercedat, & quoniam ſic inter dictas partes conuentum extitit.

10 Conuenerunt &c. quod teneantur mutuo, & reciprocè ad omnem requiſitionem alterius partis remittere, & conſignare bannitos, tam damnatos, quam in futurum damnandos oſtenſa tamen eo actu, & producta ſententia condemnatoria, in forma probante, ex delictis ſequentibus tantum, nempe rebellione, homicidio penſato, ò deliberato, ò homicidio comeſſo da chi habbi commeſſo due altri homicidij, ancorche per quelli nõ ſia ſtato condennato, ferita, data à tradimento con Archibuggio da ruota, benche non ſegua la morte, falſificatione di moneta, dimminutione di moneta la ſeconda volta, rapimento di Donna honeſta, ancorche non ſegua carnal congiungimento, l'vſo carnale con Monaca habitante in Monaſtero, Sodomia, robberia alla ſtrada, falſificatione del *Sigillo del Prencipe*, ò del *Senato*, morte data con veneno ad officiale del Prencipe, Seditione, ò inſtigamento del Popolo contro gl'ordini del Prencipe, ò del Senato, teſtimonianza fatta ad offeſa, doue ſi tratta di morte naturale, prohibitione d'eſſecutione contro Rei, doue ſi tratta di morte ò ſtropiamento. Cum hoc tamen quod præfati Excellentiſs. Gubernatores Mediolani non teneantur remittere bannitos, & damnatos, ſeu damnandos in dictis Iuriſdictionibus temporalibus dicti Epiſcopatus Nouariæ, qui ſint aut erunt originarij, & naturales dicti Status Mediolani, aut qui iam fuerint damnati, vel imputati pro aliquo eo dictis delictis, ſeu maiori commiſſo in dictis Iuriſdictionibus, & vice verſa, quod Epiſcopi Nouariæ, non teneantur remittere bannitos, damnatos, ſeu damnandos, in dicto Statu Mediolani, qui ſint, aut erunt originarij, aut naturale dictarum Iuriſdictionum temporalium Epiſcopatus Nouariæ, ant qui iam fuerunt damnati, ſeu imputati, pro aliquo ex dictis delictis, ſeu maiori commiſſo in dictis Iuriſdictionibus temporalibus dicti Epiſcopatus.

11 Con-



11 Conuenerunt &c. quod in dict. Iuriſdictionibus temporalibus dicti Epiſcopatus Nouariæ de nouo ædificari, ſeu conſtrui non poſſit aliquod fortalitium.

12 Conuenerunt &c. quod Epiſcopi Nouariæ teneatur pati, & permittere, quod per dictas eorum Iuriſdictiones temporales libere tranſire poſſint milites Suæ Maieſtatis Ducis Mediolani, dumodò tamen ibi non commorentur, pluſquam exigit tempus dicti tranſitus, quodque id ſequatur abſque aliqua prorſus impenſa, & grauamine tàm ipſorum Epiſcoporum, quàm ipſorum eorum hominum &c. ac Bonorum dictarum eorum Iuriſdictionum temporalium, quodque teneantur ſe ſe bene, & legaliter gerere in ipſo tranſitu, & quod verſa vice Gubernatores Mediolani pati, & permittere teneantur, quod per dictum Statum Mediolani *liberè* tranſire poſſint milites deſtinati, & deſtinandi pro dictis Iuriſdictionibus temporalibus Epiſcopatus Nouariæ, ita tamen quod non commorentur in dicto Statu Mediolani, pluſquam exigit tempus tranſitus, & ſequatur abſque *impenſa, & bene, ac lega*liter ſe ſe gerant prout ſupra dictum fuit in *altero caſu*. *Præterea ſi euenerit* caſus, quod per dictos milites, ſeu aliquem eorum committeret &c. in dicto tranſitu aliquod delictum, tunc, & eo caſu, & toties quoties &c. cognitio, punitio, & animaduerſio dicti delicti plenè ſpectet, & ſpectare debeat contra delinquentem, ſeu delinquentes, & alios complices ad Iudicem illius Territorij, ſeu Iuriſdictionis, vbi delictum patrari contingerit priuatiuè quo ad alios.

13 Conuenerunt &c. quod permittatur, prout virtute præſentis tranſactionis permittitur dictis Riparienſibus, & hominibus dictarum Iuriſdictionum liber tranſitus Annonæ Victualium cuiuſuis generis, & ſpeciei in hunc Statum Mediolani, & hoc ſine grauamine, & ab illo ad dictas Iuriſdictiones qui ſemper reciprocus ſit, & ſine grauamine vt ſupra vtriuſque partis, prout hucuſque ſeruatum fuit, & ſeruatur in dies.

14 Conuenerunt &c. quod non permittantur hoſtes, *vel* eius adhærentes in dictis Iuriſdictionibus, quod *pactum* reciprocum ſit, & viciſſim ſeruetur, quia ſic &c.

15 Cõuenerunt &c. quod tam ſubditi dicti Dominij, & Sta-

tus

tus Mediolani in dictis Iuriſdictionibus temporalibus Epiſcopatus Nouariæ, quàm Subditi dictarum Iuriſdictionum dicti Epiſcopatus in dicto Dominio, & Statu Mediolani, tàm præſentes, quàm futuri habeant, & habere debeant reciprocè omnibus perpetuis futuris temporibus liberum, francum, & ſecurum commercium, habitationem, commeatum, & trafficum vtſupra non obſtantibus quiqq. legibus, edictis, & proclamatibus contra quaſqq. perſonas, ſeu forenſes, tàm æditis, quàm ædendis vt ſupra, & cum eorum expreſſa derogatione vtſupra.

16 Conuenerunt &c. quod dicti DD. Delegati, ſeu Excellentiſs. Gubernator, teneantur, citra ſui, & bonorum ſuorum obligationem, prout promittunt &c. obligando &c. quoſqq. effectus Regiæ Ducalis Cameræ Mediolani pignori dictis Illuſtriſs. & Reuerendiſſimo Epiſcopo Nouariæ, & ſuprascriptis Procuratoribus, vtſupra, ac mihi Regio Secretario infraſcripto, vti publicæ perſonæ, ſtipulanti nomine omnium, quorum &c. reportare à Sua Regia Catholica Maieſtate, & à ſupremo Conſilio Italiæ confirmationem, ratificationem, & approbationem omnium contentorum in præſenti inſtrumento, & præſentis tranſactionis, etiamſi opus fuerit de capitulo in capitulum, & hoc expenſis Regiæ, & Ducalis Cameræ non aliter &c. ſub refectione &c. & prout infra.

17 Conuenerunt &c. quod ſupradicti tres ſuperius nominati Procuratores ſpeciales, contemplatione omnium, & ſingulorum præmiſſorum teneantur ſoluere, & exburſare Suæ Maieſtati in eius Ducali Theſauraria præſentis Ciuitatis Mediolani, libras centum mille imperiales in totum modo infraſcripto, Videlicet medietatem, quæ eſt librarum quinquaginta mille de præſenti, prout illas hodie pauloante præſens Inſtrumentum iàm ſoluerunt, & exburſauerunt D. Equiti Carolo Vicecomiti Theſaurario generali pro Sua Maieſtate præſentis Status, & in dicta Theſauraria, vt conſtat ex atteſtatione, & (vt aiunt) cartulina ſupraſcripta à Carolo Craſſo Marliano, Contraſcriptore, & à Paulo Iacobo Lerma Capſerio eiuſdem Theſaurariæ, pænes me Secretarium dimiſſa tenoris ſequentis vlz.





1647. Sabbato à 28. Settembre.

Hà riceuuto il Theſorero generale dello Stato di Milano, Cauagliere Carlo Viſconte dalla Riuiera d'Horta, Gaudiano, Pieue, & Terra di Soriſo, lire cinquanta milla conti da Bartolomeo Gemelli, Gio. Franceſco Manino, e Gio. Antonio Martello Procuratori Deputati dalla ſudetta Riuiera, & altre Terre, dicono pagarli de danari proprij delle ſudette Terre per la tranſatione ſeguita trà Sua Eccell. il Sig. Condeſtabile di Caſtiglia, Gouernatore, e Capitan Generale per Sua Maeſtà in queſto Stato in nome della Maeſtà del Rè noſtro Signore, & di Monſignor Veſcouo di Nouara, & delli Procuratori ſudetti, alla quale ſi rimette, & eſſere per pagar il ſoccorſo alli Officiali, e Soldati del Caſtello di Milano lir. 50000. Doppie d'Itaglia à lir. 17. 15. l'vna num. 1100. Doppie delle Stampe à lir. 18. l'vna n. 500. Ducatoni à lir. 6. 2. d. 6. l'vno 400. Zecchini à lir. 10. 5. l'vno num. 100. ſs. 2. d. 6. m. 36000. Carlo Graſſo Mariano Vicecontraſcrittore.

Sono lire cinquanta milla imp.

Paolo Iacomo Lerma.

Quæ libræ quinquaginta mille ſunt ad bonum computum, & pro parte prætij præſentis conuentionis, renuntiationis, & tranſactionis, vtſupra conuent.

Reliquas verò libras quinquaginta mille, pro completa ſolutione præſentis Contractus reſtantes promiſerunt &c. dict. Procuratores vtſupra obligando bona dictorum hominum dictis DD. Præſidi, & Senatori Delegatis, præſentibus, & acceptantibus, nomine dict. Reg. Duc. Cameræ ſoluere, & exburſare in bona pecunia vſuali &c. quandoqq. præſens Inſtrumentum cum omnibus in eo contentis nihil penitus in eo excepto, fuerit confirmatum, & approbatum à Sua Regia Maieſtate Catholica eiuſq; magno Italiæ Conſilio, ſicque confirmatum, & approbatum vtſupra, fuerit in publicam, & authenticam formam ſumptibus, & expenſis dict. Regiæ Ducalis Cameræ, ſolutum, & conſignatum, ſeu dicto Illuſtriſs. D. Epiſcopo, ſeu Procuratorib. dictorum hominum, cuius confirmationis, & approbationis vtſupra, conſignationiſq; curam in ſe ſe ſuſceperunt dicti Illuſtriſs. D. Præſes, ac Perilluſt. D. Senator Pro-

curatores, & nihilominus ab hodie in antea præſens Inſtrumentum, cum omnibus in eo contentis ſuum ſortiatur effectum, ſi ac fuiſſet confirmatum, & approbatum, quia ſic conuenerunt &c., & non aliter.

18 Item pacto &c. quod, ſi Sua Regia Catholica Maieſtas eiuſque ſupremum Italiæ Conſilium, nollent prædictum Inſtrumentum, & omnia in eo contenta, vtſupra approbare, & confirmare, tunc, & eo caſu &c. dicti DD. Delegati, & Procuratores Suæ Excellentiæ, nomine quo ſupra, obligando pignori dictæ Regiæ Duc. Cameræ, promiſerunt reſtitui facere à dicta Regia Ducali Camera dictis Procuratoribus dictorum hominum, ſeu alteri perſonæ eorundem legitimæ dict. libras quinquaginta mille, effectualiter vtſupra perſolutas, prout effectualiter, & eo modo quo ſupra ſolutæ fuerunt, cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, quæ continget in caſu retardatæ reſtitutionis dictos homines pati, quia ſic &c.

Et quoad vſque illarum reſtitutio effectualis ceſſaret vtſupra præſens Inſtrumentum, & omnia in eo contenta in ſuo robore perſeuerare debeat in omnibus, & per omnia, & interim durante eius reſtitutione neutra pars ſuis Iuribus vti, & experiri nullo modo valeat, & poſſit, ſed omnia in ſuſpenſo remaneant, quia ſic &c., & non aliter &c. quibus reſtitutis cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, vtſupra, tunc, & eo caſu vnaquæq; pars ad ſua primeua iura reuertatur quibus vigoris præſentis Inſtrumenti, nihil ſit additum, vel diminutum, nec eo aliquaue eius parte poſſit in Iuditio, vel extra vti, nec cenſeatur facta aliqua nouatio, vel factum aliquod præiuditium per ſtipulationem præſentis Inſtrumenti, & etiam ſemper reſtitutio prædicta in quoqq. caſu non adimplementi præſentis Inſtrumenti fieri debeat, cum acceſſorijs vtſupra, quoniam ſic &c.

Pacto &c. quod præſens Inſtrumentum poſſit pluries expleri &c. & licet &c. quod nihilominus &c.

Quare &c. viciſſim &c.

Renuntiantes &c. reciprocè &c. etiã cuicunq. læſioni, quamuis enormiſſimæ, ſi quę &c., & l.2. C. de reſcind. vend. & l. ſi quis cum aliter ff. de verb. obligat. certificati à ſe ipſis reſpectiuè



ſpectiuè referendo vtſupra.

Promittentes &c. viciſſim &c.

Quæ omnia &c.

Cum Pactis exequutiuis reciprocis &c.

Præterea dict. omnes partes iurauerunt &c. tactis &c. præf. tamen Illuſtriſs., & Reuerendiſs. Epiſcopus, & ſupradictus R. Canonicus Franciſcus Chedinus tacto pectore &c. præmiſſa vera eſſe &c. habere ratum &c., & non contrauenire &c. ſub refectione &c.

Et de prædictis &c.

Actum in Sala ſuperiori domus habitationis ſupraſcripti Illuſtriſs. D. Præſidis Senatus, ſit. in Porta Noua, Parochia S. Bartholomæi Mediolani.

Præſentibus Iulio Brinio filio Philippi Officiali Cancellariæ Secretę Mediolani Portæ Orientalis, Parochiæ *Sancti Stephani* in Brolio, & Io. Baptiſta de Vrſis filio q. Io. Franciſci ſupradictæ Portæ Nouæ, & Parochiæ S. Bartholomæi intus Mediolani Pronotarijs &c.

Teſtes Carolus Granola filius quondam Michaelis Officialis in dicta *Cancellaria Secreta* Portæ Romanæ, Parochiæ S. Nazarij in *Brolio*, Iulius *Monicellus f. q. Bar*tholomæi Portæ Ticinenſis Parochiæ S. Firmi, Ioſeph de Ibarra Hyſpanus filius q. Ioannis, Præfectus domus dicti Illuſtriſs. Præſidis, & in ea habitans, & Iulius Cæſar Vallius filius q. Cæſaris Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgij in Pallatio Mediolani Senatus Excellentiſs. Oſtiarius omnes teſtes noti, & idonei &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Marcus Antonius Platonus, Regius Ducalis Secretarius Excellentiſs. Conſilij Secretioris, Regiuſq; Archiuiarius in Statu Mediolani, de præmiſſis rogatus manu propria ſubſcripſi, appoſito ſigno meo conſueto.